

- cum facile impedimentum tolli potest, Pinel. in ead. m. aut. n. 45. Barbof. n. 34. Merl. n. 19. alioqui illud excusat regulariter, Cyriac. tom. 2. contr. 214. n. 20. latè Decian. cum multis, conf. 18. nu. 158. 191. Flamin. de resignat. lib. 11. q. 13. n. 27. 28.
- 54 Surd. decif. 189. n. 30. Uxor autem non censetur, sine difficultate posse impedimentum amovere, ex-torquendo à viro suo licentiam ad litigandum ob-reverentiam maximam, quam ipsi teneatur exhibere, Merl. ibidem, Barbof. n. 34. 39. 43. 52. optimè D. Augut. homil. 43. nuptis hoc suadet, ibi: Nulla sit in vobis protervitas, nulla superbia, non contumeliosa cer-vix, non aliqua inobedientia tanquam ancillæ servite. Quod si ab spontaneo viri consensu pendet facultas agendi, nil difficilius, quam quod ab aliena volun-tate obtinendum est; argumento l. stipulatio ista 38. ff. de verb. oblig. §. si quis alium, Inst. de inutil. stipulat. ex quibus junct. l. impossibilem, ff. de reg. jur. notant Interpretes, impossibile reputari, quod in alterius est arbitrio; de quo Anton. Gom. variar. lib. 2. cap. 10. n. 23. D. Covarr. in c. quamvis pactum. p. 2. §. 5. de pact. in 6. Guttier. de juram. confirm. p. 1. c. 44. Donec. lib. 12. commentar. c. 19. & 21. ubi Ofuald. Cujac. lib. 12. observation. c. 36.
- 57 Ex quibus patet, non esse facile mulieri nuptæ impedimentum, quod ad agendum habet, tollere, atque idè etiam quoad bona paraphernalia sub illa regula continetur: Ut impedio agere præscriptio non currat. Quod tamen limitarem, nisi solita esset in judicio in similibus causis experiri, nam tunc fa-cile amovere posse impedimentum, verius est.
- 59 Idem juris est in filiosam. cui præscriptio non currit, ut ex plurimis probat Valensuel. consil. 178. nu. 61. Pinel. in dict. authentica, n. 45. Rota apud Merlinum ubi supra, decif. 6. nu. 10. Cyriac. con-troverf. 321. n. 57. tom. 2. Valasc. conf. 130. nu. 29.
- 60 Matienz. in l. 8. gloss. 9. n. 1. tit. 11. lib. 5. Recopil. Quod obtinet, etsi possit præstita per patrem, aut Judicem, eo renuente, licentia, stare in judicio; nam ob reverentiam, ac metum paternum, censetur dif-ficile, impedimentum removere, sicut de uxore dixi-mus; Pinel. Merlin. & Barbof. ubi proximè. Hæc ita se habent, cum filiosam, sine patris assensu com-pare in judicio non valet, quod regulare est; Menoch. de recup. remed. 15. n. 315. Paz dict. tem-por. 2. n. 15. cum sequentibus. Sed si illo non egeat, præscriptionem ei currere manifestum est, ut in pec-culio castrensi, quasi castrensi, beneficialibus, & simi-libus; quæ notantur per Glossam in c. fin. de judic. in 6 & in l. lis nulla 4. ff. eod. tit. Menoch. nu. 316. Paz, nu. 20. & diximus sup. nu. 46.
- 62 Sed quoad bona adventitia, quorum usus, uctus ad patrem non spectat, contra filium præscriptionem currere, communiter receptum est Greg. Lop. in l. 8. tit. 29. p. 3. gloss. 4. Bald. in l. 1. §. ne autem C. de ann. except. Azeved. in d. l. 4. nu. 23. Suar. supra tit. de las deudas 3. quest. fol. 58. pag. 1.
- 63 At circa d. l. 24. Partida, filiosam præscriptionem non officere, ut temporis lapsu excludatur à revo-cando alienata per patrem, urgenti ratione defendi potest: etenim cum prius debeat patrem convenire, & bona ejus excutere, quam ad extraneos rerum suarum possessores deveniat; hoc maximum im-pedimentum est filio propter metum, ac reveren-tiam patris, sub cuius potestate est constitutus, at-que idè succedit regula d. l. 1. C. de annal. except. Ut impedito agere non currat præscriptio. Quod duntaxat locum obtinet, secundum opinionem, quæ habet, posse filium alienata ex adventitiis sta-tim revocare, aliàs nullo modo ipsi præscriptio curret, cui omnino via ad agendum clausa est.
- 64 Cum verò filius desierit esse in potestate, legitimâ

personam habet standi in judicio, tam adversus ex-traneos, quam patrem, cui, ut antea, subditus non est; quare præscriptio ei officere ex tunc incipiet absque dubio: d. authentica nisi tricennale. Erit tamen necesse agenti contra patrem, extra cuius est potestatem, ve-niam Judice postulare, sine qua non audietur, in d. pœnam pecuniariam luet; l. 4. §. prator, ff. de in jus vocando, l. fin. C. eod. l. 3. tit. 2. l. 4. tit. 3. p. 3. Socin. regul. 244. Roder. Xuar. in l. 9. tit. 11. lib. 1. fori, quam etiam filiosam, debet petere quoties adversus patrem age-re permittitur, Paz d. temp. 2. n. 4. cum seqq. Pichard. in §. pœnales, à n. 26. Inst. de action. Gilchen. in l. fin. n. 5. C. de in jus vocand. Cujac. obser. lib. 10. c. 10. Ofuald. ad Don. lib. 23. comment. c. 2. lit. Y. Idem est de adoptivo patre, durante adoptione, Pichar. n. 31. Fortler. de success. ab intest. lib. 5. n. 11. Idem in na-turali, parentes ff. de in jus vocand. Pichard. nu. 27. Similiter qui de sacro fonte levavit, vocari in judi-cium sine venia non posse docent Orof. in l. generali-ter 13. n. 8. ff. de in jus voc. ubi Soc. col. fin. Zaf. ibi-dem col. 1. & in §. pœnales, col. 6. Inst. de act. Jas. nu. 94. Quia est ut pater spiritualis. Sed filius incestuo-sus genitorem sine venia trahit ad iudicium impu-nè, Orof. in d. l. parentes, nu. 2. Socin. col. 1. Zaf. in d. §. pœnales, col. 5.

AD CAPUT IX.

De præscriptione Retractus conventionalis.

SUMMARIUM.

- 1 Recensentur Authores consulendi ad præsentem tra-ctatum.
- 2 Actio, quæ competit, cum res emptæ displicet, Red-hibitoria vocatur.
- 3 Differentia inter venditionem celebratam, Si placue-rit: aut, Nisi displicuerit.
- 4 Pactio similis pacto retrovendendi.
- 5 Pactum retrovendendi, si sine præfinitione temporis adiciatur, triginta annis perit.
- 6 Idem est, si addatur clausula perpetuitatem deno-tans.
- 7 Pactum retrovendendi simpliciter oppositum tempore non perire, qui doceant?
- 8 Refertur sententia docens, clausulam perpetuitatis ex-cludere præscriptionem.
- 9 Pacto retrovendendi quomodolibet interveniente, tri-ginta annis jus redimendi præscribi, tenendum est.
- 10 Mera facultas non aboletur tempore, sed actio, vel jus ei adherens præscribi potest.
- 11 Jus offerendi, quod inter se creditores habent, tri-ginta annis extinguitur.
- 12 Jus offerendi ex pacto retrovendendi oritur à die contractus.
- 13 Verba quancumque, perpetuò, & similia, non excludunt tricennale præscriptionem.
- 14 Præscriptio actionis personalis an procedat cum mala fide debitoris?
- 15 Jure Canonico nulla præscriptio cum mala fide ad-mittitur.
- 16 Via executiva cum mala fide debitoris præscri-bitur.
- 17 In eo quis puniri debet, in quod deliquit.
- 18 Jus redimendi ex pacto retrovendendi an cum mala fide emptoris præscribi queat?
- 19 Ubi abest peccatum, præscriptio jure Civili permissa, Canonico non improbat.
- 20 Jure Civili ad præscriptionem triginta annorum bona fide non desideratur.
- 21 Explicatur cap. fin. de præscrip. in illis verbis: Omne

Omne quod non est ex fide, &c.

- 22 Heres potest præscribere rem legatam triginta annis ante agnitionem legati.
- 23 Debitor an possit nulla obstante præscriptione rem, quam dedit in pignus, redimere?
- 24 Debitori possidenti nulla præscriptio opponi potest, ne pignus luat.
- 25 Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.
- 26 Debitori inopi præscriptio non nocet, quominus rem pignori datam possit luere.
- 27 Quæ actiones pro legato competant, remissivè.
- 28 Res ipsa legata non est hypotheca subiecta, sicut alia testatoris bona.
- 29 Dominium rei legatæ queritur legatario à tempore mortis, vel aditæ hereditatis.
- 30 Bona hæredis non sunt obligata pro legatis, nisi in-ventarium facere omiserit.
- 31 Heres, quamvis fructus ex re legata debeat resti-tuere, potest eam præscribere.
- 32 Legatario competit actio à die aditæ hereditatis.
- 33 Actio nondum nata præscriptione perire non potest.
- 34 Magis imputandum est negligentia legatarij non petentis, quam creditoris non redimentis.
- 35 Vendens eum pacto retrovendendi non repellitur à jure redimendi tricennale præscriptione, si toto tem-pore inopià impediatur, ne pretium valeat offerre.
- 36 Defenditur sententia Angeli quoad præscriptionem juris redimendi.
- 37 Juris proprii renunciatio præsumenda non est.
- 38 Præscriptioni, quæ odio dominorum negligentium in-troducta est, non potest renunciari.
- 39 Senatusconsulto Macedoniano rennunciare non licet.
- 40 Nec juramento talis renunciatio firmatur.
- 41 Expressa renunciatio præscriptionis in pacto retro-vendendi non tenet.
- 42 In præscriptionibus utilitas publica versatur.
- 43 Cessante causa, cessat effectus.
- 44 Privatorem pactis juri publico non derogatur.
- 45 Jus redimendi ex pacto retrovendendi de jure Re-gio viginti annis præscribitur.
- 46 Ad præscriptionem actionis personalis de jure Regio bona fides non desideratur.
- 47 Actus non debet ultra, aut contra intentionem a-gentis operari.
- 48 Venditori possidenti non obstat præscriptio ad redi-mendum ex pacto retrovendendi.
- 49 Pacto retrovendendi interveniente cum juramento, alihuc jus redimendi est præscriptibile.
- 50 Quando expressim præscriptioni cum juramento re-nunciatur, jus redimendi tricennale præscriptione non perit.
- 51 Traduntur limitationes aliæ ad doctrinam Angeli.
- 52 Jus redimendi censum redimibilem nullo tempore etiam immemoriali præscribitur.
- 53 Motus proprius Pij Quinti circa censum consti-tuendum multis in locis admissa non est.
- 54 Pacta emptori onerosa pretium minuant.
- 55 Pactum retrovendendi minuit pretium in quarta, vel tertia parte.
- 56 Valor censuum redimibilium in Hispania.
- 57 Censum jam constitutus potest minoris vendi, quam lege Regia taxatum est.
- 58 Ubi Bulla Pij Quinti admissa est, pactum; ut, nisi intra certum tempus census redimatur, maneat ir-redimibilis vitiat contractum.
- 59 Ubi ea Bulla recepta non est, tale pactum rejicitur, & contractus sustinetur.
- 60 Pactum, ut non liceat nisi post certum tempus redi-mere, vitiat censum contractum.
- 61 Utrumque pactum licitum est, si iustitia in contractu servetur, saltem in foro interiori.

Faria addit. ad Covar. Tom. 1.

DE præscriptione juris redimendi ex pacto re-troventionis, egerunt Hermos. in l. 42. gloss. 1. n. 6. cum sequentibus, tit. 5. part. 5. Cevall. com-mun. cont. commun. tom. 1. quest. 207. An. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. n. 27. vers. Quæro tamen, & n. 28. Barbof. in collect. ad l. 2. à n. 15. C. de pact. int. emptor. Guttier. de juram. confirmat. part. 3. cap. 1. n. 9. in fine, Tiraquel. de retract. convent. §. 1. gloss. 2. nu. 15. cum seqq. Ant. Gab. comm. lib. 5. conclus. 6. n. 6. tit. de præscript. Canser. variar. 1. part. cap. 13. nu. 51. Scaccia de commerc. §. 7. gloss. 7. n. 3. Ofuald. ad Donell. lib. 5. commentar. cap. fin. lit. K. Azeved. in l. 6. nu. 33. cum sequentibus, tit. 15. lib. 4. Recopil. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 7. tit. 13. de præscript. 30. vel 40. annor. desunt. 3.

Ad Num. 1.

Actio, quæ competit, si res emptæ displicet, 2 dicitur Redhibitoria, de qua Guyman de eviction q. 61. n. 31. Hermos. in l. 66. gloss. 1. n. 31. tit. 5. p. 5. Ant. Gom. variar. d. lib. 2. c. 2. n. 19. vers. Item intellige, in fine, Pichard. in §. emptio, n. 7. Inst. de emptio. Mulcùm autem interest, an ita vendatur: Si placuerit; vel: Nisi displicuerit. Primo casu contractus aut 3 statim irrevocabiliter valet; si emptor sine intervallo consentiat, aut nihil agitur, etsi postea consensum præstet; secundo verò, venditio subsistit, sed tamen est exposita rescissioni sub illa conditione: Si displicuerit, intra tēpora jure, vel conventionē præscripta, Hermos. in l. 8. gloss. 1. n. 6. tit. 5. part. 5. Gregor. Lop. in l. 8. gloss. fin. tit. 11. p. 3. Guttier. de gabel. quest. 18. n. 8. cum sequentibus, Azeved. in l. 1. n. 137. tit. 17. lib. 9. Recopil. Alia quæ circa pactum retroven-dendi se offerunt adnotanda consultò in proprium locum relinquimus; nam D. Covarr. de eo tracta-vit infra lib. 3. c. 8. quò, Deo dante, pervenire confi-dimus, quare de facultatis redimendi præscriptione duntaxat in præsentem agentum nobis erit.

Est aliud pactum simile huic retroventionis ex 4 quo facultas actum redimendi, quando scilicet emp-tor obligatur ad rem restituendam eodem pretio venditori; quod quidem quoad effectum nihil dif-fert à pacto retrovendendi, si hoc verbis obliquis fiat, Hermos. in d. l. 42. gloss. 1. nu. 1. 2. 3. Pichard. in §. actionum quest. 8. nu. 17. Inst. de action. Pine. in l. 2. part. 3. cap. 3. n. 19. 28. 29. Caldas, in l. si cu-ratorem, verb. Sua facilitate, nu. 58. C. de integ. rest. & de empt. & vend. cap. 8. nu. 25. Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 31. nu. 3.

Vers. Egregia tamen est dubitatio.

Ubi sine temporis præfinitione, sed absolute emp-tor ad revenditionem obligatur, facultas redimendi 5 tollitur triginta annorum præscriptione, ita magis frequenter sentiunt DD. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de emptio. resol. 10. n. 15. vers. 1. 2. Tapat. va-riar. sentent. tom. 2. tit. 407. cap. 1. vers. Juris redi-mendi Marefc. variar. l. 2. cap. 57. num. 1. Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 80. num. 21. Barbof. Senior in l. cum novissimi, num. 81. C. de præscript. 30. vel 40. annor. & alii plures ex laudatis supra, in principio.

Sed si in pacto adiciatur, quod liceat redimere 6 perpetuò quancumque, vel alia clausula denotans perpetuitatem, adhuc Angelum sequuti triginta an-nis jus redimendi præscribi, docent Guttier. d. cap. 1. num. 9. Marefc. cap. 67. num. 55. 56. Merl. num. 40. Cardin. Mant. d. l. lib. 4. tit. 17. num. 5. 6. Gregor. Lop. in d. l. 42. gloss. 4. tit. 5. part. 5. Hermos. n. 11. apud quem alii, de quo infra, n. 9. & n. 36. cum seqq. F 2 Vers.

Verf. Quibus expressim.

- 7 Adversus Angelum etiam eo casu, quo simpliciter, nulla adjecta clausula perpetuitatis, pactum retrovendendi intervenit, negant prescriptioni locum esse, Mynsinger. cent. 1. observ. 10. Gail. lib. 2. observ. 18. Paris. conf. 92. lib. 3. Gerard. singul. 18. ubi Addition. Hieron. Laurent. decis. 192. in fine, Sesse decis. 103. 107. Fontan. decis. 76. 77. Ant. Gom. dict. cap. 2. nu. 28.
- 8 Verum si clausula perpetuitatis interveniat, communis est resolutio, prescriptionem non esse admittendam, sed quocumque tempore licere venditori redimere; Ant. Gom. dict. nu. 28. Cevall. d. quest. 207. ex n. 14. Tiraquel. d. gloss. 2. a n. 15. Alciat. in l. petens, C. de pact. Cacher. decis. 105. Valasc. de jur. emphyt. quest. 11. n. 17. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 8. Ordinam. Fach. controvers. lib. 2. cap. 13. Cavalcan. de usufruct. mulier. relicto, c. 9. n. 175. Mynsing. & omnes, qui præcedentem conclusionem probarunt; nam & istam, ut amplectantur, necesse est; quibus accedunt alii, quos Hermos. refert nu. 7.
- 9 Ex qua opinionum varietate colligitur, quod ubi non additur clausula in pacto retrovendendi, qua ostendatur, voluisse contrahentes jus redimendi in perpetuum durare, præscribitur triginta annorum spatium; quod proculdubio receptius est; sed si talis clausula adijcitur, satis dubia quæstio est; tamen verius videtur, prescriptionem tricennale excludere volentem redimere, ut probatur infra num. 36. cum aliis.

Ad Num. 2.

- 10 Pro solutione hujus argumenti consulendi sunt, Ant. Gom. variar. lib. 1. cap. 5. n. 27. Cyriac. tom. 1. controvers. 28. n. 10, 22. Merlin. dict. quest. 80. n. 2. verf. Secundo, & nu. 3. Barbof. supr. nu. 78. Ex quibus dicendum est, quod licet mera facultas non præscribatur, jus tamen five actio facultati conjuncta, prescriptione perit, Menoch. conf. 743. n. 24. atque ita sunt intelligendi DD. qui docent ea, quæ facultatis sunt, præscribi non posse; quorum meminere Cevall. quest. 3. nu. 2. & Cyriac. n. 10.

Ad Num. 3.

- 11 Aliud est jus offerendi, quod competit debitori ad recuperandam rem, quam pignori dedit, de quo infra, ad n. 5. Aliud, quod datur creditoribus inter se, ut unus alteri debitum offerendo pignus avocet à possessore, & hoc præscribi posse triginta annis, competentum est per d. l. cum notissimi, §. eodem jure, ubi expressim habetur, & ita docentibi Bartol. Bald. n. 4. Negufant. de pignor. part. 5. memb. 3. n. 52. Gail. d. observat. 18. n. 12. Franch. decis. 69. n. 12. Caroc. de oblat. quest. 28. n. 15. verf. Solent, Mantic. lib. 11. tit. 28. n. 37. Molin. n. 1.
- 12 Advertas cum D. Covarr. jus ad redimendum ex pacto retrovendendi statim à die pactionis oriri, non à quo præteritum oblatum est; exerceri autem ante obligationem non potest, atque ideo rectè præscribitur quod jam informatum, ac productum est; Merlin. n. 22.

Ad Num. 4.

- 13 Per verba: *Quandocumque, Perpetuò*, vel similia non excluditur prescriptio triginta annorum, imò ad brevius tempus restringitur dispositio juxta subiectam materiam; Guttier. dict. c. 1. n. 9. ubi latè Boer. decis. 183. num. 3. 5. & est communis secundum Ant. Gab. lib. 5. conclus. 6. de prescript. à

nu. 1. Tiber. Decian. conf. 13. n. 59. vol. 2. Hugo Cels. conf. 61. num. fin. Merl. num. 16.

Ad Num. 5.

Latissimè patet quæstio, à qua fundamentum hujus argumenti dimanat, an scilicet prescriptio actionis personalis, de qua in l. sicut 3. C. de prescript. 30. vel 40. annor. l. 63. Taur. & aliis procedit cum mala fide debitoris? Cum jure Canonico causam sit, ut mala fides omnem prescriptionem impediat, cap. fin. de prescript. cap. possessor. de reg. jur. in 6. Bald. de prescript. 2. part. 3. part. princip. quest. 6. Menoch. conf. 143. n. 11. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 4. nu. 2. Unde videtur, non posse eas constitutiones observari, nisi addit bona fides ex parte ejus, in cujus utilitatem prescriptio cedit.

Sed eam necessariam non esse in præscribendis actionibus ex dictis legibus multis placet; de qua controversia, D. Covarr. in dict. regul. possessor. part. 2. §. 11. Guttier. in l. nemo potest, n. 47. cum sequentibus, ff. de leg. 1. Menchac. de succession. creat. part. 1. §. 10. nu. 26. & illustrium cap. 76. Bellacomb. tom. 2. commun. opinio. lib. 7. tit. 2. nu. 13. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 1. Ordinam. Surd. decis. 158. Gratian. discept. forens. cap. 52. nu. 2. Ferrer. in l. 3. nu. 96. ff. de usucapion.

Ex quibus colliges cum Parlador. rer. quotidian. cap. 1. §. 11. n. 15. cum sequentibus, magis receptum esse apud DD. eas constitutiones cum mala fide observari non debere, in praxi tamen contrarium obtinuisse, & utriusque sententiæ Auctores cumulat Cevallos tom. 1. quest. 173.

Illud verò ab omnibus admittitur, non obstantè canonica prohibitione, licet præscribi decennio, vel alio tempore, secundum statuta, exequendi jus, etsi debitor malam fidem habeat, prout statuitur d. l. 63. Tauri: nam debitori nihil quaeritur, & creditor justè privatur beneficio consequendi celeriter, quod sibi debetur, cum tamdiu negligenter se gesserit in illo exercendo; atque ita in eo ipso, in quo culpam admisit, merito punitur; c. quanto 3. §. ceterum, de translation. Episcop. c. litteras 13. §. præfatum, de temporib. ordinat. l. si quis in tantam 7. C. unde vi. nihil tamen aliud sentit incommodi, cum via ordinaria suum valeat exigere, ita tenent Ant. Gom. in l. 63. n. 1. Gregor. Lop. in l. 22. gloss. 1. tit. 29. part. 3. Parlador. supr. n. 19. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 4. nu. 2. & sequentibus, ubi plurimos laudat, D. Covarr. supr. nu. 6. verf. Sexto leges seculares, Guttier. in dict. l. nemo, n. 205. Cevall. quest. 173. n. 9. Barb. de prescriptio. part. 2. part. 3. principal. quest. 14. n. 8. Petr. Barbof. in l. sicut nu. 165. C. de prescript. 30. vel 40. annor. Padill. in l. 1. n. 44. C. de servitut. & aqua, Gratian. disceptat. forens. tom. 1. c. 52. n. 22. Scaccia de commerc. §. 7. gloss. 7. n. 3. Bolannos in Curia Philip. p. 2. §. 1. num. 8.

Sed in specie nostra non posse præscribi redimendi facultatem, sciente emptore, se teneri ad revendendum, maximè quoties adjecta est clausula denotans perpetuitatem, quia adest mala fides; sentiunt Tusch. lit. P. conclus. 31. n. 15. Aretin. conf. 116. n. 19. Cald. dict. verb. Sua facilitate, nu. 71. verf. Neque video, Math. Coler. in dict. c. fin. nu. 34. in fin. de prescript. Gerard. sing. 18. Paris. conf. 92. nu. 36. vol. 1. Cassan. conf. 11. n. 29. & alii. At contrarium cum D. Covarr. hic, defendunt Ant. Gabr. supr. conclus. 6. Surd. decis. 3. nu. 10. Menchac. illustr. c. 55. nu. 26. Tiraquell. de retract. conven. §. 1. gloss. 2. nu. 27. Bald. conf. 303. nu. 3. lib. 1. Menoch. conf. 143. nu. 29. Dec. conf. 10. nu. 69. lib.

lib. 1. Baptist. de usur. comment. 2. à n. 98. Roland. conf. 2. n. 55. & in fine, libr. 2. & alii plurimi, qui ita docent, de quibus infra nu. 36. Quod ea ratione sustinetur; nam licet iste sciat jus alienum, & sic bonam fidem non habeat ad præscribendum, antequam sibi pretium offeratur, nullum peccatum admittit, dum retinet emptum; & ubi peccatum non est, cessat illa juris Canonici constitutio, de qua in d. regul. possessor; nam propter illud, juri civili in hoc opponitur dict. cap. fin. de prescript. ibi: *Quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est*, ut docuerunt P. Molin. de just. disput. 64. nu. 8. Lug. eodem tractatu, tom. 1. disp. 7. sect. 3. nu. 38. Adrian. & Panormit. quos D. Covarr. impugnat, d. §. 11. n. 4. verf. Ceterum, & sequent. ex eo solum, quod scientia rei alienæ impedit prescriptionem; quod verum est, quoties de jure Civili bona fides desideratur ad illam; sed cum in hac, de qua agimus, quæ est triginta annorum, bona fides opus non sit secundum illud jus, l. siquis emptio. §. 1. C. de prescript. 30. annor. l. 21. tit. 29. p. 3. ubi Gregor. Lop. gloss. 2. D. Covarr. dict. §. 11. in princip. Angel. de acquiren. possess. quest. 3. art. 4. num. 9. rectè possessor liberabitur prescriptione per exceptionem ab onere retrovendendi; qui non impeditur jure Canonico, quia non peccat; non Civili, quoniam bona fides non exigitur.

21 Neque refragantur præfata verba, scilicet: *Omne, quod non est ex fide peccatum est*. Quæ insinuare videntur, malam fidem cum peccato semper esse conjunctam. Quoniam ibi non est sermo de fide, prout nos eam hic accipimus, cum de prescriptione tractamus; sed de propria hominis conscientia, secundum quam se aliquid mali agere cognoscit, vel existimat: sic exponit Gloss. in d. c. fin. & ab omnibus ita intelligitur locus ille.

Ex quo deducitur, quod cum conscientia etiam erronea inducat peccatum, si cum ea operetur aliquis, licet actus ipse peccaminosus ex se non sit; quia omne quod fit non ex fide, id est, ex conscientia bona, peccatum est, c. litteras 13. §. porro, de restit. spoliator. non poterit præscribere, qui errore putat, rem justè retinere non posse; Lug. nu. 26. 27. Quod jure Civili definitum est in l. si sur. 32. §. 1. ff. de usucap. unde Molin. supr. rectè distinguit inter malam fidem, quæ jure Civili ad prescriptionem nocet; & eam, de qua Pontifex agit in dict. cap. ult. nam hæc absque peccato esse non potest, quamvis illa sic. Illud tamen probat Lug. d. nu. 36. fidem malam ex solo peccato veniali non impedire de jure Canonico prescriptionem; quod & sentit Molin. ubi proxime, ut testatur idem Lug. nu. 38. atque ita cum peccato lethale non intervenit, à regulis juris Civilis recedendum non est. Verum & illud esse debet contra justitiam ne præscribatur.

Ibi: Et ideo pro sententia.

Quod hæres potest præscribere per 30. annos rem legatam adversus legatarium non petentem, est communis resolutio, Mench. illustr. c. 55. n. 26. Gratian. discept. forens. c. 2. nu. 29. & decis. 4. nu. 15. Caldas, dict. verb. Sua facilitate, n. 75. Hippolyt. in princip. Inst. per quas pers. nob. acquir. à nu. 26. Surd. decis. 25. nu. 4. Becc. conf. 48. per totum, de quo D. Covarr. d. §. 11. nu. 9. Balb. de prescript. part. 4. p. 5. princip. quest. 3. nu. 3.

Ibi: Ad hæc facit communis.

Sunt contrariæ opiniones circa prescriptionem Faria addit. ad Covarr. Tom. I.

juris offerendi, quod habet debitor, ut recuperet propriam rem, quam pignori dedit, & prescriptioni locum esse, latè probat Merlinus à nu. 2. in dict. quest. 80. ferè per totum, cum Negufant. de pignor. par. 6. memb. 2. num. 19. Anton. Gom. dict. cap. 9. nu. 27. Barbof. in d. l. cum notissimi, nu. 69. Bald. ibidem, nu. 14. Fulgarin. in §. eod. jure. Castrenf. conf. 120. Caroc. de oblat. q. 18. nu. 5.

Negant verò Cevall. dict. quest. 3. paulò post principium, Alciat. in rubric. de prescript., num. 65. Azeved. in l. 4. tit. 15. l. 4. Recopil. Gail. d. observat. 18. num. 2. Olasch. decis. 115. per totum, ubi alios laudat, Ant. Gabr. dict. tit. de prescript. conclus. 7. Bart. in dict. l. cum acutissimi, in princip. num. 1. verf. Idem in jure offerendi, Cyn. ibidem in §. eodem jure, Joan. Andr. & Butr. in cap. quoniam frequenter, ut lit. non contest. & hæc æquior, ac titior videtur sententia; nam cum debitor maneat dominus rei pignoratæ, etiam post prescriptionem juris offerendi, non erit licitum creditori eam negare, cum sibi offeratur, quod debetur, compellens debitorem ad probandum dominum, ut rem suam recuperet.

Quod sine dubitatione admittendum erit, si debitor possideat, nam quoties offeritur, jus offerendi præscribi, est intelligendum, nisi is qui oblaturus est, possideat; (cum temporalia ad agendum sint perpetua ad excipiendum, l. pure §. §. ff. de dol. except. Lancelot. de attent. p. 3. cap. 23. nu. 88. Hermosill. in l. 4. gloss. 12. n. 12. tit. 5. part. 5. Guttier. practicar. lib. 2. quest. 143. n. 1.) Negufant. part. 5. memb. 3. n. 52. in fine, Salicer. in d. l. cum notissimi, §. eodem, nu. 4. Merlin. nu. 43. 44. Idem juris est, si debitor inopia impeditus pignus luere non possit, quoniam contra impeditos agere prescriptio non procedit; l. 1. C. de annal. except. Fulgof. in d. §. eodem, in fine, Merlin. qui vult, restitutionem esse impetrandam adversus prescriptionem, nu. 37. etsi Barbof. in d. l. cum notissimi, n. 82. non esse debitorem juvandum propter inopiam hoc casu, adversus Fulgosium, defendat.

Ibi: Illud profecto hac in re.

Quæ actiones competant pro re legata legatario, explicant Anton. Gom. variar. lib. 1. c. 12. nu. 7. Villalob. in arar. commun. opinio. verb. Legatarius, nu. 6. Donell. lib. 8. commentar. c. 36. Ant. Fab. lib. 6. consuetur. c. 1. per totum, Bernard. Diaz reg. 13. Tusch. lit. L. conclus. 147. Molin. de just. tom. 1. disp. 194. n. 15. Pischard. in §. nostra autem Inst. de legat. Et in eo speciale est, ut actio realis, & personalis, ad legatum consequendum concedatur, §. nostra, Inst. de legat. l. 1. C. commun. de legat. Contra regulam textus in §. sic itaque discretis, Inst. de actionib. Argel. de acquir. possess. q. 13. art. 8. num. 37. 38. Ant. Gom. supr.

In quo illud oportet observari, quod licet legatarius hypothecariam habeat actionem, d. l. 1. C. commun. de legat. Argel. q. 8. art. 11. n. 12. Flor. de Men. variar. lib. 1. q. 6. art. 3. n. 7. ipsa res legata hypothecæ subiecta non est, sed alia bona defuncti; nam cum dominium ad eum spectet à die mortis testatoris, vel ab adita hæreditate, l. à Titio 66. ff. de furt. incompatibile est, in re propria jus hypothecæ habere regulariter; l. neque pignus 46. ff. de reg. jur. & ita tenent Gratian. discept. forens. tom. 1. c. 62. nu. 28. Pischard. supr. nu. 11. Mantic. sup. libr. 11. tit. 17. nu. 11. Bart. in d. l. 1. n. 1. in fine: Ultra relatos à Cevall. quest. 103. num. 3. ubi duas communes opiniones adducit. Præterea neque hypothecæ